

DE DIALECTICA

LIBER PRIMUS.

DIALECTICA, est ars ac via docendi, haec enim est proprie vis Dialecticae. Porrò omnis docendi via ac ratio consistit in definiendo, dividendo, & argumentando. Definimus autem, cum aut nomen interpretamur, aut quid res sit exponimus. Dividimus, cum membra aut partes enumeramus. Argumentamur, cum aliam sententiam ex alia ratiocinamur.

Non dissimilis mihi ars scientiae numerorum videtur. Nam dum in explicandis causis, nudas res nobis ob oculos ponit, tanquam numerans uniuscuiusque causas, aut effectus, aut partes, supputat ex quibus fontibus omnia oriantur, & quomodo inter se consentiant omnia, quae in controversia |A^{1r}/A^{1v}| posita esse dicuntur. Quae qui non animadvertunt, non possunt recte iudicare de negotiis paulo obscurioribus. Vulgus audit nomen religionis, at si interrogas, quid sit religio, alius aliud respondebit, bonam partem audies in eo errore esse, ut somniet observationem rituum externam, esse religionem, seu Christianismum. At Dialecticus consulat

10 uniuscuiusque] uniuscuiusque

4-6 ars ... argumentando.] ars definiendi, dividendi, & argumentandi. A, B, C, D 8 ratiocinamur] colligimus A, B, C 9 Non] Nam C 11 effectus] affectus F, H 11 partes, supputat] partes, & supputat A 15 respondebit, bonam] respondebit. Bonam A, B, C, D, E, H

4 ars ac via docendi] vgl. Agricola, Rudolf: De inventione dialectica libri tres, Köln 1520, Buch 2, Kap. 3, Bl. Biiij: „Hic itaque finis erit dialectices, docere pro facultate rei, de qua disseritur [...]“ (Ed. Mundt, Tübingen 1992, S. 214–215). 5–6 definiendo ... argumentando] weitverbreitete, partiell variierte Einteilung der Dialektik in der Renaissance, siehe u. a. Caesarius, Johannes: Dialectica in decem tractatus digesta. Erstmals Köln 1521 (VD 16 C 138), hier vorläufig zitiert nach der Ausgabe Paris 1537, Bl. 6: „Scientia argumentandi, dividendi, definiendi [...]“ oder Bartholomäus von Usingen: Compendiu[m] totius logice brevissimis figurulis expositu[m] in schola Erphordiana [...]. Erfurt 1513, Bl. Aij: „[...] Est scientia docens diffinire dividere arguere [...]“ Die gleiche Definition u. a. bei Gregor Breitkopf, Compendium siue Paruulus Antiquoru[m] totam pene complectens Logicen [...], Leipzig 1513, Aij, und bei Johannes Eck, Elementarius Dialectice, Augsburg 1517, Bl. Aij 9 Non dissimilis ... videtur] Vgl. Augustinus, De ordine, Kap. 18: Augustin analogisiert Dialektik und Arithmetik, die ‚scientia numerorum‘, die beide der Seele angeboren sind, um den ‚ordo rerum‘ erkennen zu können. Melanchthon rekurriert S. 3, Z. 11–14 ausführlicher auf diesen Zusammenhang. – Vgl. dazu auch Plotin, Enneaden I, 3,3, Ed. Harder, Neuauflage Darmstadt o.J., Bd. Ia, S. 352–353 und I, 3, 6, Bd. Ia, S. 356–357.

suos locos, & ex his requiret, quae res sit, quae sint eius causae, ubi sit posita, in animi adfectibus, an in ritibus.

Cum ad hunc modum ad Dialecticam res exigitur, natura eius penitus pervidetur, ut eleganter Plato scriptum reliquit, dialecticam oculos humanos in barbaricum coenum infossos sensim attollere & abstergere, ut in iudicando acutius videant. Et quidem ita anteponebat omnibus artibus aliis Plato hanc, ut alias neget res intueri ipsas, sed somnare de rebus, hanc unam dicat videre, ut ipsius verbo utar, τὸ ὕπαρ. Nam haec una id, quod in quaque re certissimum est, demonstrat, & nos tanquam in rem praesentem ducit.

Nomen dialectices ἀ διαλέγομαι fit, quod disserere nostri verterunt, id est, distincte aliqua de re dicere, significat autem colloqui & |A^{lv}/A^{2r}| conferre cum alio aliqua de re, ut sit Dialectica sive disserendi scientia, id est, distincte explicandi, sive scientia, qua respondeas apposite ea de re, de qua quaeritur. Ideo Plato scientiam scripsit hanc esse δοῦναι καὶ ἀποδέξασθαι λόγους, quam qui non tenent, hi saepe in disceptando, de Alliis interrogati, iuxta proverbium, de caepis respondent.

Est autem proprium & principale officium dialectices, docere. Id fit definiendo, dividendo, ratiocinando, quae quam afferant utilitatem, postea cognoscetur ex praeceptis. Nam latius utilitas huius artis opinione imperitorum patet. Id in

10 est] ect 13 ea] ca 18 patet. Id] patet, Id

1 quae res sit, quae sint] quae sit, quae res sint C 2 ritibus.] ritibus, unde motus illi fiant in animis. A, B, C, D 2 reliquit] reliquerit A 7–8 utar, τὸ ὕπαρ] utamur, ὕπαρ A, utamur, τὸ ὕπαρ B, C, D 13 respondeas] respondens C 13 Ideo] Ideoque A, B, C, D, E 16–17 Est autem ... utilitatem,] Sunt itaque Dialectices officia, definire, dividere & colligere seu ratiocinari, quae quorsum pertineant, aut quam afferant utilitatem tractantibus, A, B, C Sunt [...] dividere ratiocinari, quae [...] tractantibus, D

4–5 dialecticam ... abstergere] Übersetzung von Platon, Politeia 533d 5–8 vgl. Platon, Politeia 533b–c 10–12 vgl. Platon, Menon 75d–e; siehe auch Lorenzo Valla, De Dialectica Libri III, hier vorerst zitiert nach der Ausgabe Paris 1530, der Bl. 59^v die Dialektik, vom griechischen λέγω ableitend, als ‚scientia sermocinans‘ definiert. – Zur Dialektik als facultas und ars disserendi vgl. Cicero, De Oratore II, 157; dazu auch Agricola, Rudolf: De inventione dialectica libri tres. Köln 1520, Buch II, Kap. 2, Bl. Aiiij^v (Ed. Mundt, S. 206–207). 12–13 scientia ... quaeritur] neben der Bezugnahme auf die sokratische Gesprächsführung durch Frage und Antwort vgl. auch Aristoteles, De Interpretatione 20b, Z. 22 und Aristoteles, Topica, Buch VIII, Kap. 1, Kap. 4 zur richtigen Frage- und Antworttechnik – Zur dialektischen quaestio und der kritischen Diskussion der aristotelischen πρόβλημα und πρότασις vgl. Agricola, Rudolf: De inventione dialectica libri tres, Buch 2, Kap. 6, Bl. Diiij^r – Diiij^r (Ed. Mundt, S. 229–235). 13–14 vgl. Platon, Politeia 531e: „δοῦναι τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον“ 15 de Alliis ... respondent] vgl. Erasmus, Desiderius: Adagiorum Chiliades Tres, ac centuriae fere totidem. Tübingen 1514, S. 208, Chilias Tertia, CCCXXXVI: „Ego tibi de alliis loquor, tu respondes de cepis.“

tractandis causis paulo obscurioribus comperimus, quae nisi hac adhibita arte, lumen accipere non possunt. Ideoque dialecticis libris Aristoteles Organi nomen fecit, quod instrumentum essent omnibus de rebus ordine & rite docendi. Nobis pueris obscure tradebantur dialectica in scholis, nec ferè quisquam ex praeceptoribus artis vim intelligebat, id inde accidit, quia nullum styli usum 5 habebant. Nam praeceptiones sine usu non satis intelligi possunt. Proinde, ita demum dialecticè recte discetis, cum adhibueritis usum scribendi, & accuratius de causis ob|A^{2r}/A^{2v}|scurioribus disputandi. Nam stylus praeceptis lumen affert. Ergo praeceptiones simpliciter, &, quod aiunt, pingui Minerva tradam, video enim hanc artem dum scriptores nimium student argutiis, & ad vivum omnia resecant, 10 obscuratam esse. Placet id quod praeceperunt ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον. Et ars ipsa domi nobis & in animis nostris nata, sicut numerandi scientia, plana & facilis est. Est enim propemodum naturalis quaedam vis, qua pervidemus rerum inter se ordinem.

8 disputandi. Nam] disputandi Nam

3 docendi] dicendi A, B, C, D, E, H 8 lumen] lucem A, B, C 9 Ergo] Ego A, B, C, D, E, H 9 pingui] pigui C 11 obscuratam] obscuram F, G 11 σαφέστερον] σοφέστερον F 13 enim propemodum naturalis] enim naturalis A

9 quod aiunt, pingui Minerva tradam] lateinische Redensart, vgl. Cicero: Laelius de amicitia, 19: „Agamus igitur pingui, ut aiunt, Minerva.“ 11 vgl. Aristophanes: Ranae, 1445. 11–14 vgl. S. 1, Anm. Z. 9. – Siehe auch Melanchthons spätere Declamatio *In arithmeticen praefatio Georgii Ioachimi Rhetici* von 1536, CR 11, 290: „Ars [arithmetica] oritur ex natura ipsa mentis humanae, et habet certissimas demonstrationes. [...] Est enim Arithmetica inter primas artes, quae docet diiudicare ac distribuere unum et multa; ostendit ordinem rerum, et monet confusa evolventa et discernenda esse. Haec sunt initia ratiocinationis in hominibus.“